

tis atque stertentibus, quàm vigili animo
 apertisque oculis meditantibus sit Deus:
 Qui si auctor somniorum esset, futurum-
 que aliquid denunciare hominibus vel-
 let, vel apertè vel aliqua quæ intelligi
 posset inspiratione consuleret, cum om-
 nium quæ sub cœlo sunt mortaliū Deum
 (nemo enim non somniat) ne dum lectu-
 los, sed ægrotantium quoque grabatu-
 los circumire, & insusurrare innumera-
 biles ambagum species, neque cum ex-
 perrecti fuerint memoriam habituris,
 credere, quam de vera eius præstantia mi-
 nus sana opinio. Deinde si dormientibus
 tantum cōsuli veller, clariora saltem sta-
 tuisset somnia, non atra & confusa, quæ
 dormientes expauescent, & vigilantes ad
 interpretem diluculo & referre soleant.
 Hic accidit, quod cum Deus nullius falsi
 auctor sit, vera esse omnia quæ in som-
 niis cernimus necesse esse: quæ cum ita
 sint, illud potius Philosopho dignum ar-
 bitratur Cicero, æstimare visa hæc, qui-
 bus sopor hominum abundat, naturali-
 ter evenire, sine vlla significatione re-
 rum futurarum: Animum enim agitan-
 te, propria natura, à motu nunquam
 posse requiescere. Enimvero cum lan-
 guida

guida